Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quasi ad seruos loquitur ut placeant deo; in euangelio uero dns ad discipulos:
uos inquit amici mei estis si feceritis quae ego praecipio uobis. Iam non dicam
uos seruos quia seruus nescit quid faciat dns eius. Uos autem dixi amicos quia
omnia quecumque audiui a patre meo nota feci uobis. Cumque amici fue
rint de amicis transeunt in filios; quot quot enim receperunt eum dedit enim
eis potestatem filios dei fieri; unde amicis & filiis praecepit, et fecit sicut & pa
ter uester perfectus est.

Similitudinem imperaris non equalitatem & ibi obedientia mandatorum
est hic similitudo dei quod queat; in die qua eduxi eos de terra egipti de fo
nace ferrea dat nobis intellegentiam quod caminus fornax ferrea atque
succensa tribulationis & pene significat magnitudinem non aliquem pone
locum ferri materia praeparatum.

Ut suscitem iuuenem quod iuraui patribus uestris daturum me eis terram
fluentem lacte & melle. sicut est die hac. patres uidentur accipere
quando accipiunt filii & habrahe repromissio complebitur in posteris. terram
autem lacte & melle manantem. ΥΠΕΡΒΟΛΗΣ debemus accipere pro
rerum omnium abundantiam; ut est illud; mella fluant illis ferat & rubus
asper amomum & iterum passim riuis currentia uinare praesit. aut ecce
tropologice terram lacte & melle manantem. xpi ecclesiam sentiamus.
In qua paruuli adq; lactantes educamur per fidem. ut possimus solido cibo accipere.

Et respondit & dixit amen dne. pro quo. LXX. fiat dne hoc enim amen significat
transtulerunt; dixerit dns iuuenui patribus uestris daturum me eis terram
lacte & melle manantem. sicut rebus ipsis hodie conprobatur propheta di
ligens populum suum occupat uocem dni & cupit uenire esse & in perpetuum
permanere quae dicta sunt. unde ait. uere dne impleti que pollicitus es
siue fiat dne hoc est semper maneat quod dedisti.

Et dixit dns ad me. uociferare uellege omnia uerba haec In iuratibus iuda
& in foris hierusalem dicens: audite uerba pacti huius & facite illa. clemen
tissimus ds frequenter uentura predicit ut tandem durus ad credendum
animus molliatur. predicit autem tam in urbe hierusalem quam
foris in agro utrorum commune discrimen est eade penitudo sit.